



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Interdictum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

- 4 Licitum est improperium causa correcti-
onis, vt verbera.
- 5 Duorum se inuicem offendentium, si æ-
qualiter, debet qui prior offendit reconcilia-
ri, alioqui, qui grauius.
- 6 Contumelia inter fœminas, aut viles per-
sonas, non semper est mortalis.
- 7 Contumelia qua aliorum profectus impe-
ditur ferenda non est.
- 8 Derisio ob contemptum grauior est con-
tumelia, hæc autem grauior detractio.

Inquisitor, vide iudiciales actus.

Interdictum, vide Episcopus, Suspendio.

1 Interdictum etiam ab eo, qui posuit, ser-
uandum est: alioqui pœna ligatur, nisi sit
Papa, aut secundum quosdam, nisi secum di-
spenset.

* De interdicto *F. Felicianus. Vial. Nau. c. 27.*

Coua in c. Alma. p. 2. & l. 2. var. resol. c. 8. Sayrus. l.

5. Philiarcus p. 1. c. 3. lib. 4. Sor. 4. d. 22. q. 2. & alij.

* *Vide Sylu. Interdictum 2. num. 2. Sayrum l. 5.*

e. 3. num. 28.

2 Positum donec aliquid fiat, eo facto ces-
sat, sicut & suspendio: item ad certum tempus
positum, postea cessat.

3 Interdictum non seruandum, nisi sit de-
nunciatum contra certum locum, aut perso-
nam: nec potest quis denunciari interdictus.

O 5 sine

sine citatione: nec, si Capitulum, aut populus sit interdictus denunciatus, ideo singuli censentur denunciati.

* *Nav. c. 27. num. 187.*

4. Potest interdiceri regulariter, qui potest excommunicare, & suspendere: estque interdictum nullum in casibus quibus est nulla excommunicatio. Capitulum autem, Sede vacante potest interdiceri. *Syl. V. interdictum 3. numer. 3. Tab. 5. eod. numer. 2. Armill. numer. 23. D. Ant. tit. de Interdict. num. 29.* Non potest ab eo absolvi Parochus.

* *Nullum } Fum. Interdictum num. 8.*

5. Præceptum Superioris factum alicui ne celebret vsque ad certum tempus, non facit illum interdictum.

6. Interdictum post appellationem positum, non tenet. * *Couar. l. c. §. 2. nu. 1.*

7. Interdicitur aliquando quis pro culpa aliena, vt ciuitas pro culpa domini: & priuata persona pro culpa veniali propria potest interdici.

* *Couar. l. c. §. 1. num. 4.*

8. Non potest locus interdici pro debito pecuniario.

* *Navar. c. 27. nu. 168. vide Couar. l. c. §. 1. num. 5.*

9. Interdictum Iuris non ad certum tempus, nec reseruatim, potest Episcopus relaxare: & quilibet Prælati, quantum ad subditos. Potest & Index.

& Iudex à se positum suspendere in totum, vel ex parte.

10 Cessatio à diuinis nunquam ponitur à iure.

**Toll. l. 5. c. 23. quam qui violat non fit irregularis, ibidem.*

11 Interdictis Clericis, non includuntur Religiosi, etiam si id quidam dicant: nec interdicto loco includuntur non culpabiles in ea causa: nec interdicto populo includuntur non doli capaces, prohibentur tamen etiam hi sepultura: nec extraneus illic habitans. Qui autem in populo interdicto sine culpa interdicti est, potest albi, si absit scandalum, & celebrare, & audire diuina Officia: nec interdicta tota Diocesi, aut omnibus Ecclesijs ciuitatis, includitur Cathedralis: non enim in officio venit illarum nomine.

**Vide Fum. l. c. num. 10. Sayrum l. 5. c. 4. t. 1.*

Dicant *Conar. l. c. §. 1. num. 8.*

Qui autem *negat. Maiol. l. 3. c. 20. num. 1. de Irregul.*

12 Interdicta Ecclesia, includuntur & cœmeterium, & sacellum coniuncta: & interdicta ciuitate, etiam suburbia ei non subiecta includuntur.

**Vinal. de interdictio. num. 166. {Suburbia}*

Conar. l. c.

13 Religiosi debent seruare interdictum quod seruat Cathedralis, vel Parochiales omnes.

* *Viual. l. c. num. 162. concl. 6.*

14 Prohibita interdicto diuina Officia, & Ecclesiastica sepultura, non autem benedictio mensæ, fructuum, habitus, & eiusmodi, quæ non sunt diuina Officia, nec actus iurisdictionis; nec secundum quosdã ministratio Eucharistiæ priuilegiatis ad assistendum diuinis Officijs.

* *Tol. l. 1. c. 20. Nau. l. c. num. 171. Couarr. l. c. §. 1. num. 2.*

15 In Ecclesia particulariter interdicta potest celebrari ad renouandum Sacramentum, vel dandum infirmo, clausis tamen ianuis, & dari Absolutio confitenti, & dici Officium à duobus vel tribus sine animo officianti, id quod possunt etiam extra Ecclesiam, etiam tempore cessationis.

* *Tol. l. c. nu. 1. Nau. l. c. nu. 179.*

16 In loco generaliter interdicto licent omnia diuina Officia ianuis clausis, & extra Ecclesiam etiam dici potest Officium exclusis interdictis, & in Ecclesia, aperta ianua priuatim à binis, vel ternis, modò interdicti non audiant, nisi fortè transeundo, possunt verò admitti Religiosi, & Clerici externi etiam.

* *Vide Fum. l. c. num. 43. {Clerici} Nau. l. c. num. 174.*

17 Tempore interdicti, etiam specialis, licet Baptismus, Cõfirmatio, Absolutio pœnitentium qui non sunt in culpa interdicti, & Cõmunio-

unionis viaticum, quod cum lumine, & campanula portandum, & secundum quosdam, Commuino Clericorum, & Religiosorum, & matrimonium sine benedictione, nō autem extrema Vnctio, nec Ordinis ministratio, nisi Episcopus suspendat positum à se interdictum.

*Vide *Fum. 16. nu. 44. 45. Tol. l. 1. c. 20. Couar. l. c. §. 3. 4. 5.*

18 Interdictus non potest eligere, nec eligi, neque vsquam potest celebrare, potest tamen orare in Ecclesia, modo ex proposito non audiatur diuina Officia.

19 Cui interdictus Ecclesiæ ingressus, potest ibi orare dum non celebrantur Officia, & cū celebrantur, per eam transire, & extra eam in Oratorio celebrare, & decedens cum signis contritionis, in Ecclesia sepeliri.

*Vide *Cou. l. c. §. 1. nu. 3. Vial. nu. 152.*

20 Interdictus ab Officio potest exercere iurisdictionem, quæ non est Officium Ordinis.

21 Priuilegiatus ad audienda diuina Officia, quales Clerici, & Religiosi, potest sepeliri in Ecclesia etiam specialiter interdicta, si alia desit, aut ea sit propria: potest & ad diuina admittere familiares, vel domesticos. *Vide de priuileg. c. 11. lib. 6.* & qui potest celebrare, potest sibi adiungere ministrum quemuis non priuilegiatum.

*Familiares } *Tol. l. c. nu. 4.*

22 Si Sacerdos scienter admittit interdictum, alij non tenentur exire: est autem admittenti interdictum, interdictus Ecclesie ingressus vsque ad satisfactionem.

23 Interdictus est per mensem ab ingressu Ecclesie, qui excommunicat sine monitione Canonica, & presentibus testibus. *De sent. Excom. cap. Sacro.*

24 Interdicta ipso facto Communitas facies Clericos soluere illicitas gabellas, Ecclesia verò, cum Communitas facit Episcopum comprehendendi, vulnerari, aut exulare.

* Vide *Vual. num. 6. l. c.*

Episcopum *Tol. l. c. c. 21. num. 6.*

25 Violare interdictum, quidam negant esse mortale, si absit contemptus, & scandalum. *Cuiet. in Sum. V. Interdicti violatio: & Arm. V. Interdictum. num. 63.* idque quo ad laicos communiter verum censent. *Naua. c. 27. num. 187.* & *Sot. in 4. d. 22. q. 3. art. 1.* quoad Clericos autem, ut plurimum est mortale, quando ut Clerici violant.

26 In absolutione ab interdicto solemniter iuratur de non contrafaciendo.

27 Sublato interdicto, transferendi in locum sacrum alibi sepulti.

28 Tollitur interdictum in Natiuitate, Pascha, Pentecoste, Festo Corporis Christi, cum tota Octaua, Assumptione, & Conceptione B. M. cum Octaua tota, à primis Vesperis vsque ad Com-

INTERPRETATIO.

327

Cōpletorium Festi inclusiue, admittunturq;
interdicti ad diuina Officia, & sepulturam.

*Vide c. Alma mater. de sent. excom. lib. 6 Fu. l.
c. 43. Nau. l. c. num. 182. Tol. num. 8. l. 1. c. 20. Coua.
l. c. 6. 5.

*Interpretatio, vidè Consilium, Dispensatio,
Lex, Pœna, Verba.*

1 Interpretatio in pœnis facienda mitior, in
fauorabilibus amplianda, in dubio facien-
da vt potius valeat. res, quam pereat, & quidē
dubia interpretanda in partem meliorem, &
benignitatem, & probabiliorem, & ea profe-
renti vtiliorem, & secundum antecedentia,
& sequentia, & præsumendo bonam fidem,
vt in facto, vel possessione.

*De interpretatione, & abrogatione legis.

Azor l. 5. c. 16.

*Azor. l. c. q. 11. Vide Syl. interpretatio. nu. 5. &
vers. Lex. à nu. 16.

2 Vbi tractatur de obligatione, strictè inter-
pretandum.

3 Masculinum in fauorabilibus compre-
hendit fœmininum, in contractibus non
comprehendit.

4 Aliquis, comprehendit etiam fœminam.
Alius, & aliud, significant similia.

5 Cum lex prohibet ne quis interpretetur,
non prohibet Doctores, aut Tribunalia, quin
possint, secundum doctrinam communem
interpretari.

*In